



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

9. Quenam obligationes praescriptione sint extinguibiles? & an ob solam negligentiam exactoris?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



do illius initium memoriam fenum, qui modo vivunt, etiam ex auditu aut relatione majorum suorum excedat.

9. Illud porrò diligenter observandum est, obligationes, quæ per præscriptionem extinguï possunt, duplicis esse generis. Quædam enim suapte natura tendunt ad agendum vel non agendum v. g. qui rem alienam possidet, obligatur ad eandem Domino suo reddendam: & qui ex mutuo, empto, aliâve pactione debitor est, obligatur ad rem debitam alteri solvendam. Item in servitutibus urbanis obligatur aliquis v. g. ad ædificium aliud non attollendum, fenestram ad alterius hortum non aperiendam. &c. Quibus omnibus hoc commune est, ut nullâ præscriptione tolli possint. *Covar: p. 2. §. 11. 4. Less: dub: 6.* quamdiu earum scientia adest, dum, inquã, scis te rem alienam possidere, ex empto, aliâve pactione debitorem esse, vel jus ædificium tollendi, fenestram aperiendi &c. tibi nullam competere; præscriptionem nec inchoare nec perficere potes, quia malâ fide uteris. Aliæ verò obligationes sunt, quæ suapte

natura



natura duntaxat referuntur ad patien-  
 dum, vel onus subeundem, si ab altero  
 agatur, petatur &c. Et ejusmodi obliga-  
 tiones prescriptione extinguuntur, per *Abb.*  
*in cap: ult. de prescr.* ob solam negligentiam,  
 sive cessationem actoris seu exactoris,  
 et si obligatus suæ interim obligationis  
 probè conscius sit. Exemplum accipe i. ex  
 legibus pœnalibus non obligantibus Reū  
 ad solvendam pœnam ante Judicis senten-  
 tiam seu exactionem, sicut cernere est in  
 pœna commissi ob vectigal non solutum.  
 Nam Fiscus post elapsum quinquennium  
 res sibi ampli⁹ vindicare non potest, juxta  
 L. 2. C. de vectig: & commiss: 2. in obligationi-  
 bus personalibus; si videlicet jus habeat,  
 servitia imponendi Vasallo, & longo tem-  
 pore cum occasio sese offert imperare  
 cesses. 3. Servitutes rusticæ extinguuntur  
 per solum non usum tempore legibus de-  
 finito: et si is, qui præscribit, probè sciat al-  
 teri tale jus competere, puta itineris, a-  
 ctus &c. per fundum alienum: non enim  
 vi talis servitutis Dominus fundi cogitur  
 admonere, alterum ut jure suo utatur, sed  
 pati tantummodò, si utatur *Less: dub 6. Mol:*  
*disp:*



*disp. 66.* Eâdem quoq; ratione existimo dici posse probabiliter, actionem Hypothecariam, præsertim in generali hypotheca fundatam, post lapsum temporis legitimi institui amplius non posse contra tertium possessorem, puta bonæ fidei, & absq; fraude emptorem, etsi is tempore currentis præscriptionis probè sciverit rem oppignoratam esse: cum neq; hic teneatur ad aliquid agendum, sed solum ad patiendum, ut à se vendicetur, si debitor excussis bonis suis solvendo idoneus non reperiatur.

10. Præterea privilegia affirmativa, quæ aliis onerosa sunt, amittuntur per non usum spatio decennii inter præsentem, 20. verò añorum inter absentes *L. 1. ff. de nundinis, jun: Gl. Soarius l. 8. de L. cap. 34.* dummodo utendi occasio fuerit, quia non volenti agere, non currit præscriptio ex communi *DD. L. 1. ff. de nundinis jun: Gl. Suar: lib. 8. de legibus cap: 34. contra.* Veluti si habeas privilegium exigendi decimas, visitandi Monasteria exempta, &c. ac talibus privilegiis, licet occasio sit, longo tempore non utaris, ea amittis, saltem per viam cuiusdam præscriptionis ex juris dispositione. Reli-

qua